Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



68

amabilia sint vel omnia omnibus his subiecta
quero cum deum meum quero Absit ut ista credi
derim deum meum que eciam abrutalium sensi
bus comprehenduntur ⁊ tamen dum deum mei
quero nichil aliud quero nisi quandam lucem q
est sup omnem lucem quam non capit oculus.
Quandam vocem quam non capit auris quem
dam odorem sup omnem odorem quem nõ capit
naris quemdam dulcorem sup omnem dulcorẽ
quem non capit gustus quemdam amplexum
sup omnem amplexum quem tactus non tangit
Interioris quidem hominis mei ista lux fulget ubi
locus non capit Ista vox sonat ubi spiritus nõ rapit
odor iste redolet ubi flatus non spargit Sapor iste
sapit ubi non est edacitas amplexus iste tangit
ubi non diuellitur Hic est deus meus ⁊ nõ estima
bitur alius a illum hoc quero cum deum meum
quero istud amo cum deum meum amo Sero te
amauj pulcritudo tam antiqua ⁊ tam noua sero
te amauj ⁊ tu mecum eras ⁊ ego foris ⁊ ibi quebã
te ⁊ in ista formosa que fecisti deformis irruebã
mecum eras ⁊ te cum non eram Ea me tenebant
longe a te que esse non poterant nisi in te Eruci
bam enim omnia querens te preter omnia delin
quens me Interrogauj eam si esset deus meus ⁊
dixit michi quod non est ⁊ omnia que mea sunt
hec idem confessa sunt Interrogauj mare ⁊ abissos
⁊ reptilia que in eis sunt ⁊ responderunt non sum
deus tuus quare sup nos interrogauj solem celũ
lunam ⁊ stellas nec nos sumus deus tuus inqui
unt Et dixi omnibus his qui circumstabant fores
carnis mee Dicite michi de deo meo quod nos nõ
estis Dicite michi de illo aliquid Et exclamauerunt
omnes voce grandi Ipse fecit nos Interrogauj